



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Breuiarius Moguntiu[m]

[Straßburg], [ca. 1500]

Le. iii

urn:nbn:de:hbz:466:1-31634

Iulij. omnia festiue de comuni apostolorum. Lectio prima.

Iacobus apostolus filius Zebedei frater iohannis dum post ascensionem domini per iudeam et samariam predicaret: tandem in hispaniam transiens ibidem verbis dei seminavit. Sed dum propter novem discipulos quos ibidem acquisiuit nil proficeret duobus ex eius causa predicandi ibi relictis alios septem secum assumens iterum rediit in iudeam. **Lectio. ii.** **Q**uoniam in iudea predicaret non esse alium deum nisi patrem et iesum christum filium eius a iudeis crucifixum et spiritum sanctum magus quidam hermogenes nomine discipulum suum philetum misit: ut beatum iacobum coram iudeis ratione convinceret. et suam predicationem falsam esse ostenderet. Sed versa vice philetus ab apostolo rationabiliter instructus doctrinam eius approbavit. fidem christi recepit. et ad hermogenem rediens: quantum relicta arte magica iacobi discipulus fieret fideliter exhortando persuasit. **Lectio tertia.** **H**ermogenes autem iratus malis suis confidens magis cepit philetum et apostolo aduersari donec apte cognouerat malicia sua prevalere non posse: sed per ea miserabiliter illusum

turpiterque confusum. **U**n pro iectis in mare artis sue magice libris ad apostolum rediit et placentiam eius tenens dixit. **A**niam liberator accipe penitentem quem invidenter tibi ac detrahentem hactenus sustinisti. **C**epit quoque in dei timore perfectus esse adeo ut virtutes plurime pro eum fierent. **Lectio. iiii.** **V**identes igitur iudei hermogenem conversum zelo commoti sunt et missis fune in collum apostoli ipsum ad herodem agrippam trahunt. **E**unque iussu herodis ad decollandum duceretur paralytico in via iacenti atque ad eum pro sua sanatione clamanti ait. **I**n nomine iesu christi pro cuius fide ad decollandum ducor exurge sanus et statim sanatus surrexit et dominum benedixit. **T**u autem domine miserere nobis. **Lectio. v.** **N**ec videns iofias scriba quem funem in collum apostoli miserat et traherat ad pedes eius se proiecit et veniam petens christi animum se fieri postulavit. **Q**ui a beato iacobo baptizatus iubente herode cum apostolo capitibus obtruncatione martyrii feliciter consummarunt. **T**u autem domine miserere nobis. **D**eo gratias. **Lectio sexta.** **D**iscipuli pro apostoli corporis eius nocte timore iudeorum rapientes navim sine remige